

L.23 König und Philosoph

Post patris mortem Alexander rēgnum Macedonum obtinuit. Multae
cīvitātēs nūntiōs ad eum mīserunt atque cōfirmāvērunt sē eī fidem praestāre. Hīs rēbus cōgnitīs
Alexander prō certō habēbat omnēs
hominēs sibī pārēre. Putābat enim eōs sub imperiō suō libenter esse.

Aliquandō (1) mōrēs Diogenis cōgnōscere voluit. Nam multa dē eius dictīs mīrīs audīverat.
Itaque servum fidēlem ad sē vocāvit et eī imperāvit: „Volō Diogenem hūc venīre. Quī inopiam sem-
per praedicāns in dōliō (2) habitat. Proinde properā Athēnās³ atque eī nūntiā Alexandrum eum
convenīre velle!“

1: aliquando= Adv: einst

2. dolium i n.: das Fass